Lectio XXIII. Zdania skutkowe i podmiotowe

ZDANIA SKUTKOWE

a. **ut** (**uti**) – że (tzw. **ut consecutivum**);
b. **ut non** – że nie (bądź inne przeczenie, np. **ut nemo** – że nikt, **ut nihil** – że nic, itp.)

1. Tanta vis probitatis est, **ut** eam in hostem etiam diligamus.
2. Epaminondas fuit disertus, **ut nemo** ei Thebanus par esset eloquentia.
3. Siciliam Verres per triennium ita vastavit, **ut** ea restitui in antiquum statum nullo modo possit.

ZDANIA PODMIOTOWE

a. **ut** (**uti**) – że (tzw. **ut subiectivum**);
b. **ut non** – że nie

1. Verum est, **ut** bonos boni diligant.
2. Thrasybulo contigit, **ut** patriam a triginta tyrannis liberaret.

Ćwiczenia

1. Ita praeclara est recuperatio libertatis, ut ne mors quidem fugienda sit in repetenda.
2. Epaminondas adeo fuit veritatis diligens, ut ne ioco quidem mentiretur.
3. Persaepe evenit, ut utilitas cum honestate certet.
4. Adeo excellebat Aristides abstinentia, ut unus post hominum memoriam cognomine iusti sit appellatus.
5. Pythagoreis interdictum erat, ne faba vescerentur.
6. Atticus ita vixit, ut universis Atheniensibus esset carissimus.
7. Socratis responso sic iudices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condamnarent.
8. Ita vixi, ut non frustra me natum esse existimem.
9. Non is es, Catilina, ut te pudor umquam a turpitudine avoca(ve)rit.
10. Quis potest esse, Quirites, tam aversus a vero, ut neget haec omnia administrari deorum nutu.